



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

14 De sententia & re iudicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

remittitur. l. remitti, C. de iureiur. P. a qui paraturque hec remissio iuramento, l. nam postea, §. iureiurando dato, de iureiur. l. a. Etori. C. eod. titul. Pro remissione habetur etiam, si is qui defert, nollet prior ipse iurare de calumnia, l. si non fuerit, §. 7. de iureiur. Post iuramentum autem prestitum remissio fit, quando is cuius inter est impleri iuramentum, et si alterius non inter sit, remittit promissum iureiurando, & ita habetur promissum pro impleto. Felinus ad c. ex administrationis, num. 1. de iureiur. per illud caput, & c. 2. de sponsalib. c. 2. de renuntia: c. significauit, de censib. l. fin. C. qui & a quibus manumiss. liberi non fiant. facit quod nihil tam naturale quam eodem modo, quid dissolui quo colligatum est. l. nihil tam naturale, de regul. iur. P. c. 1. eod. tit. apud Gregorium. l. ab emptione, de pact. P. neq. quicquam prohibet cuiq. ius suum posse si velit remittere, l. si quis in conscribendo, de pact. C. cum similibus vulgarib. nisi forsan qui remissionem postulat, ante eam commiserit periurium, ut ait Felinus ad d. c. ex administrationis, nu. 1. de iureiur. & ad c. 2. num. 3. §. de sponsalib.

CAPVT IX.

De nullis iuramentis.

Sunt iuramenta quædam, quæ nec dispensatione aut remissione egeant, per se nulla, vt facta de occidendo patre, de violanda moniali, & aliis similibus, a & ea quæ per metum atrocem extorta fuerunt, quæ nec obligant, quanquam sine ipsa atrocitate metus ipse non reddat promissum nullum, nisi dispensatio accedat seu causæ cognitio. b Iustus autem metus erit, quando renuntiatio fit beneficii ecclesiastici, vt frater liberetur a carceribus, c vel si fiat ab eo, qui aliter timet amissionem patrimonii, d & sic in similibus quibusdam aliis dicendum. e

SCHOLIA.

a In concilio Toletano 8. & c. si publicis, can.

unusquisque, c. si aliquis, c. ad lione quarta, 2. 2. 9. 4. vbi & alia exempla per totam illam q. 4. magna enim sapientia est hominem reuocare, quod male promiserit. c. magna sapientie, 2. 2. 9. 4. neque vocanda fides, quæ ad peccatum, innuat. c. si ad peccatum, 2. 2. 9. 4.

b c. 2. de iureiur. ca. vbi, de electis. in Sex. c. 2. de pact. in Sex. c. cum contingat, de iureiur. c. licet mulieres, eod. tit. in Sex. notantur porro actus, qui ipso iure irritantur per metum a glossa, & doctores ad c. abbatem, de eo quod metus caus. si tamen in istis metus sit, & qui cadat in constantem virum, iuxta l. metum, quod met. caus. P.

c Felinus ad c. si vero, num. 1. de iureiur. per clement. 1. de homic. l. praterca, de liberali causa.

d l. sciant cuncti, de elect. in Sex.

e Vt si vergat in dispendium salutis aeternæ, vel in dispendium salutis corporalis, gloss. 2. ad c. si vero, de iureiur. & ibi Felinus, nec eget iuramentum absolutione secundum Felinum ad ca. praterca, de sponsalib. nu. 3. §. si interponatur super actu ipso iure nullo & inualido ad illum roborandum. c. quamuis, de pact. in Sext. Panorm. ad cap. cum contingat, de iureiur. Anchar. consil. 35 1. Item id ipsum ait, si esset coactio praecisa, Panorm. & gloss. ad c. verum, de iureiurand.

DE SENTENTIA ET
re iudicata. a

TIT. XIII.

a Inscriptio similis tituli de sententia & re iudicata, exstat lib. 2. decretalium, titul. 27. & libro 2. Sexti, titu. 14. & lib. 2. clementinarum tit. 11. & lib. 42. P. titu. 2. de re iudicata, & effectu sententiarum, & interlocutionibus iudicum. & lib. 7. C. tit. 45. de sententiis & interlocutionib. omnium iudicum, & titu. 52. de re iudica. & in nouella 6. Manuelli Comneni. sunt & sub lib. 7. C. alii tituli, qui ad hunc referri possunt, vt titu. 42. de sententiis prefectorum pratorio. tit. 43. quomodo & quando iudex sententiam ferre debeat presentibus partibus vel vna parte absente 44. de sententiis ex periculo recitandis. 45. de senten-

LIII 2

tia, quæ sine certa quantitate profertur. 47. de sententiis, quæ pro eo quod meriti proferuntur. 48. si a non competenti iudice iudicatum fuerit. 49. de pœna iudicis, qui male iudicavit, vel eius, qui iudicem vel adversarium corrumpere curavit. 50. sententiam rescindi non posse. 51. de fructibus & litium expensis. 3. de exceptione rei iudicata, qui & titulus exstat in P. lib. 44. tit. 2. 54. de usuris rei iudicata. 55. si plures una sententia condemnati sunt. 56. quibus res iudicata non nocet. 57. comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, rei iudicata auctoritatem, non habere. 58. si ex falsis instrumentis vel testimonis iudicatum erit. 60. res inter alios acta vel iudicata, aliis non nocet. Et ex lib. 9. C. potest hic adferri tit. 48. ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare, & tit. 51. de sententiam passis & restitutis, & lib. 48. P. tit. 23.

CAPVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Quid sententia & quotuplex.
- 3 Quid res iudicata, quotuplex sententia.

Postquam partes & officia innotuerint litigantium, optimum visum est de partibus iudicis in determinandis negotiis agere, quæ consistunt in sententia, qua ius dicitur. Iudex enim dicitur quasi ius dicens populo, siue quod iure dicitur; iure autem disceptare, est iuste iudicare. a

Inde, quod in eo sentit & existimat iuri consonum & iustitiæ iudex, sententia dicitur; sententia quippe iudicis est, quod ipse ita proponit & iudicavit, ut velit litigantium dubia & causam determinare, & definire. b Sententiæ alia est interlocutoria, alia diffinitiva. c Interlocutoria est, quæ inter principium & finem causæ super aliquo incidenti vel emergenti profertur, d & ita ratione principalis causæ, quæ adhuc non determinatur, est interlocutoria; ratione vero negotii emergentis de quo fertur, dici potest diffinitiva; e diffinitiva tñ sententia proprie est, quæ causæ principali omnino finem imponit, per absolutionem vel condemnationem. f habet interdum tamē sententiæ interlocutoria vim diffinitivæ, g continens aliquando causam vel executionem irreparabilem per aliam

A sententiam. h Interlocutoria vim quoque diffinitivæ habere dicitur, quando per illam quidem non diffinitur integre causa principalis, verum per indirectum deciditur articulus, qui ad diffinitivam pertinet. s

Rursum ex sententiis, quædam transeunt in rem iudicatam; quædam non transeunt. Res iudicata hic dicitur sententia, quæ sine vlllo contrario remedio servanda est, k quæ pro veritate habetur. l Sententiæ alia quæ impugnari potest, nō transit in rem iudicatam; cuius generis illa est, quæ contra matrimonium lata est, quæ non transit in rem iudicatam; m nec ea quoque, quæ p matrimonio contracto, quod in gradu prohibito subsistere nequit, lata erit, n contra tamen, si nullo gradus impedimento contrahatur, & pro eo sine appellatione iudicetur. o Non transit etiam in rem iudicatam sententia secundum iudicium petitorum prolata; p sunt & alia his exempla similia. q

SCHOLIA.

a ca. forus, 10. §. in omni quoque negotio, de verb. signific.

b l. 1. de re iudica. P. sententia generaliter, id quod per sensus corporis comprehenditur dicitur; a sensibus enim sentio, & a sentiendo sententia. Et iudex etiam ex allegatis visis & auditis, intimatis, & probatis, colligit & instruit suum iudicium l. illicitas, §. veritas, de offic. præs. P. Sententia autem debet esse conformis libello, l. ut fundus, communi dividun. P. veruntamen non omnia, quæ a iudice pronuntiantur sententiæ faciunt iudiciale, nisi ea mente & cum deliberatione pronuntientur, ut velit illis per litigantes obtemperari. Quare comminationes, epistole, programmata iudicium vim sententiæ non habent, l. 2. 4. 6. & si. C. comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, auctoritatem rei iudicata non habere, lib. 7. C. tit. 57.

c glossa in summa 2. q. 1. ad verba quod autem facit sententiæ aliam diffinitivam, aliam

- aliam interlocutoriam, aliam precepti, dicitur autem precepti, cum iudex sine causa cognitione precipit alicui, puta ut soluat cupiam decem; qua si solvantur, quamuis iniuste repeti nequeunt. l. fin. quod metuis caus. quauquam, ut dixi proxime, sententia vim non habeant comminationes iudicum. Iudicati porro nomen de omni sententia intelligitur, l. 4. l. miles, & l. qui iudicati, de re iudic. in P. & preceptum iudicati nomine potest intelligi, ut in l. si debitori, de iudic. P. Quia precepta iudicum si non appelletur, merentur executionem, l. si prator, de iudic. P. l. quod iussit, de re iudica. Glossa rursum in summa 11. q. 3. ait, sententiarum aliam esse condemnationis, aliam excommunicationis, aliam suspensionis, aliam precepti, qua tamen improprie dicatur sententia; adhibet & inter has differentiam, quia, inquit, condemnationis sententia semper tenet, nisi sit iniusta ex ordine; quia tunc non valet, ut ca. fin. §. diffinitiva, 2. q. 6. exceptis casibus ibi positis, & nisi appelletur ab ea. Item sententia excommunicationis ordinem & causa propter quam feratur, cognitionem habet, ca. 11. nemo episcopus, 2. q. 1. c. reprehensibilis, de appell. c. sacro, de senten. excom. nec tamen releuatur per appellationem, nisi quoad cognitionem, ut c. perpetuas, de sententia excommun. sententia vero precepti vel mandati, non ligat, nisi id quod precipitur pertineat ad officium precipientis, c. quia frater noster, 7. q. 1.
- A** Est & omnis pronuntiatio iudicis post diffinitiuam latam mere interlocutoria, non habens vim diffinitiuam, prout docet formula ad l. si finita, §. non autem, de damno infecto. Aretinus ad l. §. de verbor. oblig. Felinus ad rubricam, de sententia & re iudica. quia diffinitio negotio nihil superesse videtur diffiniendum, & quod pertinet ad illud, iam ceterum functus iudex officio suo.
- B** Felinus ad rubric. de sentent. & re iudica. num. 2.
- C** Quorum plura exempla refert Felinus ad rubricam, de sententia & re iudic. Franciscus Aretinus consi. 20. tractat. & Bartolus ad l. quod iussit, de re iudica. P. talis est sententia competentia iudicis, absolutionis ab instantia seu ab observatione iudicii, desertionis, reuocationis attentatorum, de procedendo vel non procedendo in causa, item exceptionem peremptoriam obstare vel non, probatum esse vel non, & similes. licet enim aliquando speretur, quod feretur diffinitiva, tamen haferuntur super eo, in quo pendet victoria causa, & ita praediciantur ut diffinitiva.
- D** Veluti si iudex aliquem torqueri iuberet, ut in l. 2. de appell. recipien. P. aliud exemplum in l. 2. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruanda. in Sex. lib. 2. tit. 7. si controuersia mota de beneficio aduersarius mittatur in possessionem rei seruanda causa, quia ex hoc vitiosus sequeretur ad beneficium ingressus, cum tamen sine canonica institutione obtineri non possit. c. 1. de reg. iur. in Sext.
- E** l. intra utile, de minorib. 25. ann. & ibi Bart. num. 1. glossa ad clem. fin. ad verbum repullione, in fin. de appellatio. Felinus ad rubricam, de sententia & re iudic. Bart. ad l. quod iussit, de re iud.
- F** c. 2. de senten. & re iudic. c. 70. summopere, 11. q. 3. l. 1. de re iudica. P. alioquin enim non valet diffinitiva sententia, nisi absolutionem vel condemnationem contineat, can. fin. §. diffinitiva, 2. q. 6.
- G** Sic enim intelligenda, l. 1. de re iudicat. P.

dum Modestinus ait, res iudicata dici- A
tur, quæ finem controuersiarum pro-
nuntiatione iudicis accipit, quod vel
condemnatione vel absolutione acci-
dit. Et ita accipit finem controuersia, si ab
ea appellari non possit. l. eleganter, §. si quis
potest, de condict. in deb. P.

I *l. ingenuum, de statu hominum, l. res iudi-*
cata, de reg. iur. P.

tu *c. lator, §. ibi glossa, ad verbum permane-*
re, c. tenor, c. consanguinei, de sentent. Et re B
iudic. Et ubique Panor. Et ad c. ex literis,
nume. 12. de consanguinit. Et affinit. gloss.
in c. 1. ut lite non contest. Et c. ad verbum
seruetur, ubi referuntur quadam specia-
lia in causis matrimonii, Et per Felinum
ibidem nume. 2. Si tamen non impugnetur
sententia, presumptio pro ea est, et si non fue-
rit appellata, quod recte lata fuerit, c. quod
ad consultationem, de sententia Et re iudi.
c. presentia, de renuntiat. c. sicut nobis, in C
fin. de sent. Et re iud.

n *dict. c. consanguinei, Et c. tenor, de sentent.*
Et re iudic. Nam quum matrimonium
impeditur iure, quilibet illud expugnare
poterit, c. fin. c. videtur, qui matrimon. ac-
cusa possint.

o *Quia eius obseruantia non nutrit pecca-*
tum, ut superius exemplum, gloss. in c. la-
tor, Et ibi Panormi. numer. 9. notatur ad
c. quod ad consultationem, de sentent. Et re D
iudic.

p *cap. significasti, in 2. de homicidio iuncta*
gloss. ad verbum per errorem, Alexand.
ad l. si ab hostibus, nume. 10. Et l. sequent.
solutio matrimo. P. Iason ad l. admonendi,
nume. 3. Et 41. de iureiurand. Et ideo si de
contrario probetur, retractatur, quemad-
modum, quando sententia est lata ex falsis
testibus Et instrumentis, c. cum 7. Et A. 22.
de sentent. Et re iudic. l. falsam, Cod. si ex
falsis instrument. iud. fuer. l. fin. de re iudic. P.

q *Est hæc communis Doctorum opinio, sen-*
tentiam, quod pertinet ad iudicem profe-
rentem, maxime si per sordes aut per impe-

ritiam magnã eam ferat nunquã trans-
re in rem iudicatam, quamuis ab ea pars
non appellet. Bartol. ad l. 1. numer. 9. quod
quisque iuris P. Et Alexand. ibid. nume.
19. Et Angelus numero 3. Philippus Fran-
cus ad c. sape, nume. 23. Et sequent. de ap-
pellatio. Socinus senior consilio 24. nume.
8. Et sequent. visis ac diligenter, Et c. volu-
mine 1. quia index male iudicando per
imperitiam in dolo esse presumitur, Et sic
in faciendo delinquit, non appellans vero
in omittendo; ideo iudicis factum prepon-
derat, ut in l. si mora, in princip. soluto ma-
trimo. Et ibi gloss. in verbum dolum, textus
in l. item si obsterix, §. fin. in fin. ad legem
Aquil. Et ibi gloss. ad verbum tuebitur.
Tenetur autem index ad damna Et sum-
tus, Et id quod interest parti læsæ, ut ait
Socinus d. consi. 24.

CAPVT II.

De quibus feratur sententia.

DE omnibus autem, quæ in controuer-
 siam veniunt, dici sententia a iudice
 debet, si ei liqueat de negotio; in dubiis
 enim non potest quicquam vel de iure vel
 de facto statuere, *a* sed vel iudicium sus-
 pendere vel negotium ad superiorem, ut
 ad summum pontificem, refertur, *b* commu-
 nicato consultationis & relationis litigan-
 tibus exemplo; *c* qua relatione pendente
 nec quicquam innouare vel iudicare de
 negotio relato poterit, *d* & donec respon-
 sum acceperit, secundum, quod lata sen-
 tentia non recipit appellationem. *e* Insu-
 per de eo tantum quod petitur, non de alio
 sententia ferenda est, *f* vt sententia con-
 formis sit libello. *g* De absentis autem &
 inauditi causæ, regulariter non iudicatur, *h*
 nisi is fuerit prius contumax declaratus. *i*
Dua porro causæ vna sententia terminari
 possunt, *k* verum is, cui demandata est ex-
 secutio sententiæ, non potest de negotio
 toto iudicare, sed quæstiones motas debet
 ad delegantem referre. *l*

SCHO-

S C H O L I A.

- a Inre dubia non potest dari certa sententia, c. graue, 1. 1. q. 3.
- b can. denique, §. quod si qualibet, 6. q. 3. can. de libellis, §. nam si tale, 20. dist.
- c ca. inimasti, 68. de appell. l. 1. §. fin. & l. 2. de relato. C.
- d c. licet, §. de offic. deleg. c. nomen, vers. quod nec in negotiis, 2. q. 1. l. 1. l. iubemus, 34. vers. non prius, de appell. vide exceptionem in l. 1. §. 1. de appell. in P.
- e c. biduum, §. fin. 2. q. 6. l. fin. quando appell. fit. P.
- f l. 1. & 2. si a non competent. iudic. ind. esse dicatur, lib. 7. C. 14. 48.
- g c. licet Hely, de simonia. c. qualiter, in 2. §. ad corrigendos, in si. de accusatio. clement. sape, §. verum quia, de verborum signific. l. ut fundus, comuni diuid. P. c. consultationibus, 10. de offic. & potest. iudic. deleg. e. ex parte, de rescript. tota 3. qu. 9. potissimum, c. 2.
- h ca. inter quatuor, de maior. & obedient. l. absentem, de penis. C. l. absentem, de accusatio. P. l. memnerint, si per vim vel alio modo, C.
- i d. c. inter quatuor, & d. c. consultationib. lite contestata & inspectis actis & documentis pro utraque parte, c. prout, de offic. deleg. aliquando etiam lite non contestata, c. unico, de eo qui mittitur in possess. causa rei serua. in Sexto. lib. 2. tit. 7. l. prope- randum, §. cum autem, de iud. C. 2. eod. tit. in Sexto.
- k c. 1. de mutuis petitionib.
- l c. de catero, §. de senten. & re iudic. l. si ut proponis, C. de executio. rei iudic. c. super eo, de crimine falsi.

CAPVT III.

- 1 Qui ferant sententiam.
- 2 Qui non.

Sententia dicitur ferri interdum a iure seu canone seu lege; interdum a iudice; interdum ab arbitro. A iure fertur, quādo

A in dispositione canonis seu legis statuitur, vt qui tale quid comiserit, tali pœna condemnatus habeatur, quæ sententia interdum ipso iure & facto incurritur sine alia declaratione iudicis tanquam lata; interdum non nisi cum declaratione iudicis. b Iudex porro, cui negotium commissum est finiendum, sententiam proferre debet, & isque qui regulariter condemnare potest, & poterit absolvere. d Dicitur & arbiter dicere & ferre sententiam; si iudex autē, qui pronuntiauit interloquendo, se non posse cognoscere, & abdicauit a se iurisdictionem, non potest postea sententiam dicere, fvt neq; qui legitime est recusatus. g

Ceterum nemo catholicus potest se iudicandum sententiæ hominis catholici committere, alioquin est excommunicandus. b Neque hæreticus excommunicatus palam, alium excommunicare poterit; occulte tamen excommunicatus iudicare poterit, nisi aliud prohibeat. k Prohibentur etiam natura iudicare mutus, surdus, perpetuo furiosus, impubes, quia iudicio carent. Lege item, vt senatu motus. Moribus vt fœminæ serui. Item laicus non iudicat de clericis, m nisi forsan a pontifice summo causa delegetur spiritualis. n

S C H O L I A.

D a Quemadmodum in c. fin. de consuetudine in Sexto. in statuto episcopi, vt quicumque furtum fecerit excommunicatus sit, idem in c. a nobis, de sent. excom. Sunt & casus in quibus quis incurrit iure excommunicationem ipso facto prohibito commisso, vt in c. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. c. non dubium, ca. veniens, cap. demoniis, de senten. excomm. cum similib. item in casu c. dura, de crimine falsi, ca. tua nos, c. conquesti, de sententia excommunicat. cum similib. sunt ita & casus, in quibus ipso iure quis priuatur suo beneficio ecclesiastico factu aliquo, vel delicto commisso, vel inhabilis ad illud efficitur, vt in c. licet episcopus, in 2. de concessio. prabend. cap. cum nostris,

E

- eodem de concessione præben. ubi nec opus est declaratione priuationis per sententiam cum ipso iure priuantur, ut nec in aliis, in quibus ipso iure priuatio fit, l. inbe-
 mus, §. œconomus, de sacrosanct. eccles. Sa-
 tis enim lex interpellat pro homine in leg.
 magnam, de contrahen. & committen. sti-
 pulat. C.
- b Cuiusmodi sunt omnes fere pœna a iure
 imposita, quæ exigunt sententiam declara-
 toriam reum, crimen commississe, ex quo
 pœna illi statuatur, quemadmodum non
 censetur prodigo adempta honorum, ad-
 ministratio, quin prius fuerit declaratus
 prodigus, & interdicitæ expresse fuerit ei
 per sententiam, l. is cui bonis, de verb. obli.
 c. l. de quare, 17. & l. ubi coëptum, de iudi. P.
 d. l. 3. & §. de re iud. l. nulli, 10. de senten. &
 interlocut. omn. iud. C.
- e Toto tit. de arbitris, in iure pœnitentio, & ci-
 uili. l. 3. de sent. & interlo. omnium iud.
- f c. significantibus, de offic. & potestat. iudic.
 deleg.
- g c. cum super, 23. de offic. deleg.
- h can. 3. catholicus, 2. q. 6. sic hereticus da-
 mnatus alium damnare nō potest, c. Aca-
 tius, 3. §. si ergo, & §. audiuius, 4. §. sin
 autem, 24. q. 1.
- i dict. can. audiuius, in principio, & §. 1.
 24. q. 1.
- k can. excellentissimus, 1. q. 3. c. si quis con-
 fugerit, 16. eo. can. concubina, 16. distinct.
 can. quorundam, 23. dist.
- l Quæ sequuntur sumta sunt ex can. infam-
 is, 1. §. tria sunt, 3. qu. 7. l. cum prætor, §.
 non autem omnes, de iudic. P. ubi gloss. ad-
 fert iura similia conuenientia singulis.
- m c. 17. clericum nullus, ca. Christianus, 12.
 c. Syluester, 13. c. relatum, 14. & alius, 11.
 q. 4. c. at si clerici, de iud.
- n can. illud, 10. q. 3.

CAPVT IIII.

Quæ in sententia dicenda seruanda.

Sententia ut valeat, debet iuxta sacro-
 rum canonum legumque decreta fer-

ri, a vocatis quorum interest, b adhibita
 matura deliberatione, & absque præcipi-
 tatione, c committitur tamen res aliquan-
 do alicui determinanda secundum eius
 conscientiam, d citius quam fieri poterit. e
 Debet & ferri non ad acc. clamaciones po-
 puli, f sed ex iure & seruato iuris ordine,
 quem & summus pontifex seruare solet, g
 & in scriptis per ipsum iudicem h seden-
 tem, i nisi forsan tam breues lites sint, &
 ita exigua causæ, vt illa solemnitate non
 indigeant. k Sententia ecclesiastica excom-
 municationis ferri nō debet, nisi prius tri-
 na admonitione præcedere. In dubia cau-
 sa potius reo quam actori fauendum erit,
 m & quod minimum n & benignius o
 præferendum. Debet & sententia esse
 certa, p & relata ad libellum vel ei confor-
 mis, q aut si conueniant inter se litigantes,
 relata ad conuēta. r Debet & ferri die non
 feriata sed iuridica, s in loco cōstituto, pub-
 lica, non clam, aut secreto, v nec sub con-
 ditione. x Porro quæ a litigatorib. ve eor-
 um aduocatis omisa sunt in iure, iudex
 debet supplere. y De qua re tamen cogno-
 uerit, de eadem pronūtiare tenetur, z atq;
 regulariter, victus victori est condemnan-
 dus in expensis tanquam temerarius liti-
 gator, aa nisi forsan probabilem quādam
 causam litigandi bb habuerit.

SCHOLIA.

- a c. 1. & c. ne inuitaris, de constitutio. c. 1. de
 sententia & re iudic. can. iudices, §. bonus
 iudex, 3. qu. 7. ubi glossa notabiles, quando
 secundum propriam voluntatem & opi-
 nionem vel aliorum, iudex iudicare de-
 beat, iunge can. summo opere, §. fin. 11. q. 3.
 l. præses prouincie, 27. de re iudic. P. nec
 exemplis sed legibus iudicandum est, l. ne-
 mo, de sententiis & interlocut. omnium
 iudicum, C. §. omnis denique, nouella 82.
 §. fin. de offic. iudic. apud Iustitia. Clerico-
 rum & ipsiusuales causæ potissimum sunt
 iudicande secundum canones, c. quod cle-
 ricis, 9. de foro competent. cap. penultim.
 & fin.

- A** *fin. de secund. nupt. temporalium vero rerum & secularium, secundum leges civiles, ut plerunq; debent fieri iudic. c. 1. & 2. de oper. noui nuntiatio. facit tota 10. distincti. apud Gratianum, & si lex deficiat, tunc relinquatur iudicium arbitrio iudicis. ca. vnaquaq; §. fin. 1. 3. q. 2.*
- B** *l. de vnoquoq; de re iudic. P. can. summopere. 1. 1. q. 3. c. quoniam contra. de probat. can. 4. Apostolica. 35. q. 9. l. 2. de sentent. ex periculo recitan. Cod. l. eos qui. 6. §. fin. de modo multarum. C. l. 1. in princ. de requiren. reis. C. Papa etiam debet cum magna deliberatione ferre, cano. Apostolica. 35. q. 9. & cum mentis tranquillitate non in furore, can. illa, cum trib. sequentibus. 1. 1. q. 1.*
- C** *Secundum conscientiam relinquatur iudici aliquando res iudicanda, vel a principe, vel a lege eius, ut in c. statutum. 1. 1. §. assessorem, & cap. nisi cum pridem, in fine, de renuntiat. cap. final. in fine, de hereticis, in Sext. cap. fin. de voto, lib. 3. tit. 3. 4. can. vir cum propria. 2. quest. 4. can. habuisse. 3. 3. distincti. can. deniq; 4. distincti. can. 1. 1. 5. quest. 8. cap. mulieri, de iureiurand. quare tunc non appellatur a iudicato per illos, quorum conscientia iudicium relicti est, quia conscientia solus superior Deus est. l. 2. C. de rebus credit. Iason ad §. sed ista, numero 121. de actio. apud Iustinia. & ad l. nec quicquam. §. ubi decretum, de offic. proconsul. P. ad l. de pupillo. §. qui opus, de op. noui nuntiat. P. ad l. admonendi, numero 11. de iureiuran. verumtamen si enormis esset iudicati lasso grauatus posset recurrere ad superiorem, per textum, iuncta gloss. in Clemen. 1. §. oneramus, de iure patrona. vel per officium iudicis fieri posset restitutio, argumento l. maioribus. C. communia vtriusq; iudicii.*
- D** *nam iurgantium controuersias celeri sententia terminare, & aequitati conuenit & rigori. c. 2. de sent. & re iudic. cano. sicut. 2. q. 1. l. properandum. C. de iudic. c. finem lib. 1. c. venerabilis, de dolo & contumac.*
- E** *idipsum dicitur de sententiis proferendis in reos convictos confessos. l. cum reis. Cod. de poenis.*
- F** *cap. ad audientiam, de consuetud. c. Ofius, de elect. l. decurionum. 1. 2. de poen. C.*
- G** *c. in causis, 19. de sentent. & re iudic. l. prolatum, de sent. & interloc. omn. iud. P. lib. 7. tit. 45. non valde tamen interest, si ordo verborum non seruetur aut forma, c. in his, de verb. signif. gloss. in summa. 2. q. 1. notat, omnem sententiam interlocutoriam & diffinitiuam, exigere ordinem iuris, & alioquin eo non seruato, nullam esse, ut dictum, & habetur in c. fin. 2. q. 6. distinguit tamen, duplicem esse iuris ordinem: vnum, qui est de natura seu substantia iudiciorum, nempe ut post citationem quis habeat inducias, & fiat litis contestatio, & testes recipiantur, sententia feratur in scriptis, contra que ordinem sententia lata non valeat, d. §. diffinitiuam: alium vero dicit esse ordinem, qui non est de substantia iudiciorum: veluti, ut sententia non feratur sub conditione, nec prius de proprietate, quam de possessione agatur, qui si non seruetur, nihilominus valeat sententia, can. biduum, 2. q. 6.*
- H** *c. fin. de sent. & re iudic. in Sext. l. 1. 3. 4. de sent. ex breuiculis recitan. Leo etiam nouell. 45. exigit, ut sententiam iudices referant, suaq; manu obsignent, ne si temere postea fuisse iudicatum deprehendatur, negare illi suam scripturam queant, aut ne supposita sententia in iudicium producat. Ardua negotia sententia scripta sunt determinanda, ut praeeditata, alias non valet, can. in primis. 2. questio. 1. nec interest in quacunque materia scribatur, dummodo scribatur, vel in pariete, ut ait gloss. ad ca. postulatus, ad verb. scribebat. 3. quest. 9. quia & edicta pratoris in albo parietis scribebantur. l. si quis id quod, de iurisdic. omn. iudic.*
- I** *d. cap. fin. §. fin. de sentent. & re iudic. in Sexto.*
- K** *d. c. si §. si. de sent. & re iud. in Sex. auth. nisi breues, de sent. ex breuiculo recitan. C. sic*

M m m m

- sententia de modicis causis non eget scriptura, c. si quis cum, 11. q. 1.
- l** c. 1. de iure iur. & pace. lib. 1. tit. 34. c. sacro, de sent. excommunicat. c. 1. eo. tit. in Sexto.
- m** In dubiis potius reo, quam aëtori fauendū, c. cum sint, 11. cap. in pari, 65. de reg. iur. in Sex. cap. ex literis. §. quod si ambarum, de probat. c. inter dilectos, 6. de fide instrum. nisi ageretur de causa liberali, d. §. quod si ambarum, non in ambiguis semper pro libertate est respondendum, l. quovis, 20. l. in obscura, 139. de reg. iur. l. cum inter veteres, 14. in fi. C. de fideicommiss. libertatibus. l. inter pares, de re iudic. P. aliquin favorabiliores rei, l. favorabiliores, 167. l. nemo, 167. l. in pari, 170. l. cum par, 196. l. in eo, 33. de reg. iur. P. cum similibus, quia proniores esse debemus ad liberandū, quam ad obligandum, l. Arrianus, de actio. l. absentem, de pœnis, P.
- n** In obscuris quod minimum est, sequimur, c. ex parte, 18. de censib. cap. in obscuris, de reg. iur. in Sexto. l. semper, 9. eo. tit. in P. l. inter pares, 38. de re iud. P.
- o** c. estote, 2. de reg. iur. l. semper, 55. l. ea qua, 152. l. factum, 197. in fi. de reg. iur. l. non sine ratione, 5. C. de bonis qua liberis. Atq; humanius, quando datur electio, est sequendum, l. cum inter veteres, 14. de fideicommiss. libert. P. l. si fuerit, 11. §. fi. de reb. dub. Et hoc maxime in pœnis infligendis erit observandum. Cauendum tamen erit iudicanti, ne quid aut durum, aut mitius constituat, quam causa deposcat. Nec enim aut severitatis, aut clementie gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout res exposulat, statuendum est. Porro in levioribus causis proniores iudices ad lenitatem esse debent, in grauioribus pœnis severitatem legum, cum aliquo temperamento subsequi, ut ait Martianus in l. perspicendum, 11. de pœn. vide qua dicuntur de iustitia imagine his conueniente, ex Chrysippo apud Gellium, lib. 4. c. 14.
- p** §. curare, de actio. apud Iustin. l. in sententiis, 58. de re iudic. l. 1. & 2. de sententiis, A
- quis sine certa quantitate proferunt. C. l. unis. C. de sententiis, qua pro eo, quod inter est, proferunt. lib. 7. tit. 45.
- q** c. 1. ibi, tunc vobis, &c. & cap. 2. de libelli oblat. lib. 1. tit. 3. l. ut fundus, communi dividun. P.
- r** c. 2. de pact. c. 1. de transact. l. si conuenerit, 26. de re iud. P.
- s** c. 1. de feriis, lib. 2. tit. 9. nec valet sententia diebus feriatis in honorem Dei, etiam consentientibus partibus lata, nisi forte aut necessitas, aut pietas id suadeat. In feriis tamen in utilitatem hominum introductis, licet in iudicium, vel ad subeundam sententiam consentire litigantibus. Virumque caput probatur in c. si. de feriis, in l. omnes, C. eo. tit. l. si ut proponis, 4. C. quomodo & quando iudex, lib. 7. C. tit. 43. l. si feriatis, eod. tit. P.
- t** c. si. de rescrip. l. si ut proponis praeses prouincia, 5. C. quomodo & quando iudex, si locus certus sit iudicio exercendo assignatus, in eo pronuntiandum quod si non sit, intelligitur locus idoneus, ubi iudicari consuevit, l. si locus, de iud. P. l. si cum dies, §. si arbit. de recep. arbit. debet autem esse locus tutus litigantibus & honestus, ubi sententia reddi possit saluo honore maiorum, l. penul. de iusti. & iur. l. si cum dies. §. penul. de recep. arbit. P.
- D** v Presumptio quippe mala est contra occulte indicantes, c. consuluit, de off. deleg. c. Anastasius, 9. dist. l. cum sententiam praesidis, 6. de sent. & interloc. omn. iud. sicut & siam praesumitur contra conferentes occulte beneficia, in c. unicus. ut ecclesiast. benefic. sine diminu. conferan. & in aliis occulte factis, ut in cap. cum inhibito, de clandestina despons. can. pernitiosam, 18. q. 2. l. ita fidei, de iure fisci, l. non existimo, de administra. tutor. l. si. de ritu nupt. P.
- x** Sententia non debet ferri sub conditione, can. biduum, 2. q. 6. tenet autem, si feratur. cap. a nobis, de sententia excommun. intelligitur tamen conditio in sententia exrescripto lata, si preces veritate nitantur, quia

quia ex falsis propositis potest retractari A
sententia, ut si super falsa instrumenta sit
iudicatum, cap. cum venerabilis, 6. §. licet
autem, de except. cap. super eo, 2. de crimine
falsi. l. 1. 2. & fin. C. si ex falsis instrumen-
tis iudicatus sit. l. qui agnitis, 11. de exceptio.
vi & super falsis testimoniis, cap. sicut no-
bis, 9. de testibus, c. cum I. & A. 2. 2. de sen-
tent. & re iudic. l. D. Adrianus, 33. de re
iudic. P. dummodo probetur iudicem, vel
supra falsum testimonium, vel iuxta falsa B
instrumenta pronuntiasse, non aliter, l. fal-
sam, 3. C. si ex falsis instrum.

x l. unica, C. ut qua de sunt advocatis iudex
partium supplet.

z l. de quare, 74. de iud. l. prator, 13. §. fin. de
vac. mun.

aa c. finem litibus, 5. de dolo & contum. c. fi. de
maio. & obed. c. calumniam, de pœnis. §. o-
portet, de iud. anth. generaliter, §. etsi, de
episc. & cleric. maxime quando constat de
malitia victi, c. ex literis, de dolo & contu-
ma. c. ceterum, & c. fi. de rescript.

bb Et litigavit sine malitia, c. sacro, §. cum q,
adversus, de sent. excommu. l. qui solidum,
§. etiam, de legat. 2. alioquin enim, nisi esset
ita receptum, posset quis metu expensarum
solvendarum omittere persequi aut defendere
ius suum, l. illud, de petit. heredit. in
Pandect. nisi ut dixi, constaret de malitia
& calumnia, quia tunc condemnabitur D
in expensis. vide de his plenam gloss. ad c.
finem litibus, ad verbum expensis, de do-
lo & contumac.

CAPUT V.

Contra quem ferenda non est sententia.

CONTRA Episcopum inconsulto summo
Pontifice ferenda non est sententia, a
neque contra absentem non vocatum, &
contumacem. b Non est quoque pœnalis
ferenda sententia ab Ecclesia, cum multi-
tudo causa est peccati, vel quando ille pec-
cat, qui sociatam habet multitudinem, c vel
quando inde immineret periculum schi-

finatis. d Sunt & maiores causæ, quæ tan-
tum apud sedem Apostolicam sunt tractan-
dæ, ex sua natura, vel ad illam evocata. e

SCHOLIA.

a cano. accusatus, in fi. & can. seq. cano. dis-
cutere, & can. quamvis, can. nullum, can.
dudum, cum sequentibus vsque ad c. pere-
grina, 3. quest. 6. can. 1. §. iudices, versic. fi-
nis vero, 3. q. 8. can. fi. versic. etsi inter eos, 9.
quest. 3.

b Vi supra diximus, & docetur tota, 3. q. 9.
& c. tenor, 10. de sentent. & re iudic. c. con-
sultationibus, 10. de off. delegat. cap. inter
quatuor, 8. de maior. & obed. cano. in pri-
mis. §. sed & de personis. 2. quest. 1. Quo-
modo autem in absentes & contumaces pro-
cedatur, docetur in l. 2. 3. 4. 7. & anth. seq.
& l. 9. & 10. C. quomodo & quan. iudex,
lib. 7. C. tit. 43.

c in can. si quis potestatem, 31. §. similiter, &
seq. non potest. 23. q. 4. & in eo casu dicitur
divina disciplina severa misericordia, fa-
cit can. ut constitueretur. 50. dist. sic vin-
dictione multitudinis relaxatur, can.
quoties. 1. q. 7. can. ipsa pietas. 23. q. 4. can.
ordinationes. 9. q. 1. ubi rationes.

d ca. cum quis, 19. 23. q. 4. ex divo Augu-
stino contra epist. Parmeniani, lib. 3. cap. 2.

e cap. nec licet, 17. distinct. c. maiores, de ba-
ptismo in concil. Trident. 24. session. de re-
forma. c. 20.

CAP. VI.

De effectu sententia.

PRIMA sententia esse debet, quæ iuste &
rationabiliter fuerit diffinita, multo
magis, si fuerit per superiorem roborata. a
Fit autem confirmatio a summo Pon-
tifice postulata, ne vlla controuersia post-
ea, de re maxime cum consensu partium
confirmata, moveri possit, quamvis alio-
quin ante moveri potuerit. b Quare sen-
tentia legitime a iudice competente lata,
nec expugnata, seu res iudicata, producit
actionem & exceptionem. c Præsumitur

Mmmmm 2

autem semper, vt oportet, & legitime lata, donec contrarium probetur. *d* Quamobrem aduersus non venientem, & legitime vocatum, pro executione & effectu sententiæ conceditur missio in possessionem rei seruandæ causa, bonorum eius, qui vocatus copiam sui non facit, e vel aliter sententiæ non satisfacit: nisi agatur de beneficio Ecclesiastico, in quo non fit ea missio ob contumaciam aduersarii. *g* Vt autem ante sententiam, & condemnationem executionis fieri non debet contra debitorem: *h* sic contra, postquam sententia lata est, maxime si transferit in rem iudicatam, executionis non est differenda: *i* verumtamen non est exsequenda sine mandato iudicis, & quæ nulla vero est, non debet mandari executioni. *l*.

S C H O L I A.

- a* cap. 4. de sent. & re iudic. operatur autem confirmatio vel roboratio facta per summum Pontificem, vt si causa cognita facta fuerit, & ex certa scientia, non possit inferior iudex de ea iudicare vel statuere. c. 1. & 2. de confirm. vtili vel inutil.
- b* vt in cap. 2. de pact. c. 1. de transact. cano. omnimodo. 3. §. 9. 9. can. sicut. 2. q. 1.
- c* can. 1. ca. loci nostri, 3. §. 9. c. cum inter. 13. de re iud. l. 1. C. de his, qui propter metum iudic. non appellan. l. si contra. 8. C. de appellat. l. si pecuniam. C. de re iud. l. 3. C. vt lite pendente vel post provocat. & c. l. ingenuum. 2. §. de statu hom. P. dixi a competente iudice, cum aliud dicendum sit in incompetente, si per exceptionem obiciatur, c. at si clerici, de iud. ca. in primis. §. de persona Episcopi, 2. q. 1. can. 1. §. nullum. 3. q. 8. can. 1. 9. q. 2. cano. 1. & cano. in clericorum. 11. q. 1. can. cui est. 11. q. 3. l. si. C. si a non comper. iud.
- d* c. in presentia, vers. & tanta sit, de renunt. c. sicut, & c. cum inter vos, de sent. & re iud. res iudicata pro veritate habetur, d. l. ingenuum, de statu homi. P. l. res iudicata, de reg. iur.

e c. tua fraternitati. 3. vt lite non contestata, quæ fit a magistratu eius loci, vbi bona sunt, c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in Sext. l. 1. quibus ex cau. in poss. eat. P. l. 2. §. si. vbi in rem actio exerceri debeat. Quis autem sui potestatem in iudicio vocatus facere non dicatur, docet l. 2. §. 1. quibus ex cau. in poss. eat. Notat tamen Rebuffus tomo 1. Commentariorum ad constitutiones regias, in proœmio numero 101. in Gallia non muti actores in possessionem bonorum propter reorum contumaciam: sed aliam esse praxim, quam notat ad rubricam tractatus des defauts & contumaces. & sic ait, non seruari in sua specie titulum, quibus ex causis in possessionem eatur, & titulum, de bonis auctorit. iud. possiden. verumtamen aliter alibi & ex iure scripto, eo tamen obseruato, quod si agatur actione in rem, fiat tantum missio in solam rem petitam, non in vniuersa bona possessoris, c. quoniam. 5. §. in aliis vero, vt lite non contestat. l. Fulcinius. 7. §. item videamus, quibus ex cau. in poss. eat. P. Si vero personali actione agatur, fiat tantum missio in possessionem mobilium, vel his non sufficientibus, immobilium, pro modo debiti declarati, d. c. quoniam. §. si autem super. Quin & si clericus debitor absit, contumaciter satisfacere oportet ex fructibus, ex prebenda sui beneficii. cap. peruenit, 2. de fideiussor. fit & adhuc contumace vocato existente post annum alia missio ex secundo decreto, per quam missus verus possessor, constituitur reseruata quaestione proprietatis absenti, c. quoniam. 5. §. in aliis, vers. qui si venerit, vt lite non contest. c. 1. de eo, qui mittitur in poss. e.

f Non enim ex vna causa sola contumacia, sed etiam ex aliis fit missio quoque in possessionem bonorum non obedientis sententiæ, vel non soluentis, vt liquet ex titu. quibus ex caus. in poss. eat. si reus conuentus minor a tate tutorem vel curatorem non habeat, vel ab eo non defendatur. l. si pupillus. 10. quibus ex causis in poss. eat. P. l. si minor,

minor, §. de rebus auctori iudic. possiden. **A**
 au. si rem conuentus sit furiosus, prodigus,
 vel alius, qui curatoris egeat opera, & is
 non adfit, l. Fulcinius, §. adeo aui em, qui-
 bus ex caus. in possessione ca. l. ubi non vo-
 ce, l. 66. de reg. iur. P. l. si debitor sine here-
 de decesserit, l. si bona, §. & l. pro debito, 6.
 §. quod si specialiter, de bonis auctor. iudi-
 possiden. C. vel si heres quidem sit, sed susse-
 ctus sit, & noluerit satisfacere creditoribus,
 l. si creditores, l. 5. de privileg. credit.

B
 g cap. unico, de eo, qui mittit. in possess. causa
 rei fern. in Sexti. ca. olim, de rescrip. ubi in-
 terpretes.

h c. significante, 69. de appella. l. 1. C. de ex-
 secut. rei iudic. l. 8. de re iudic. P.

i can. sicut, 2. qu. 1. regularare illud, ut senten-
 tia mandetur executioni; non obstante
 exceptione, can. sicut, 2. qu. 1. nisi incon-
 tinenti probetur exceptio, ca. veniens, de te-
 stibus. c. literas, de restit. spoliat. ut in qui-
 busdam casibus notatis. in can. cum apud,
 l. 1. q. 3. dilatio autem executionis prohi-
 betur, quia non est, vel a iudice, vel a lege
 condemnatis ad soluendam data, non quia
 ab his concedatur, l. debitoribus, 3. l. de re
 iud. l. 2. C. de usur. rei iudic. traditur P
 ratio, cur etiam in causa criminali prius
 mature consultata sententia, post prolatio-
 nem sit celeriter exsequenda, in l. cum reus,
 l. 8. de poen. C. l. pen. de custod. reor. C. l. 6. **D**
 de sicariis. Pan. Nisi forsan ira commotus
 princeps iusserit sine causa cognitione reum
 aliquem ultimo supplicio affici, cuius tunc
 executio debet ad 30. dies differri, donec
 efferuerit ira eius, l. si vindicari, 20. C. de
 poen. quam constitutionem latam fuisse a
 Theodosio suasioe D. Ambrosii tradit So-
 zomenus, lib. 7. cap. 24. Possunt & esse alie
 exceptiones, ex quibus differtur executio
 sententiae, veluti si is damnatus, cui ius da-
 mnandi non est, l. 2. §. fin. de poenit. Pand.
 veluti ius non est magistratibus municipa-
 libus damnare ultimo supplicio, leg. magi-
 stratus, l. 2. de iurisdic. omn. iud. P. nec o-
 mnibus, sed certis iudicibus ius deportan-

di datur, l. 2. §. constat, de poen. P. l. inter
 poenas, 6. §. 1. de interdicit. & relegandi, de
 offic. praefect. urb. nec relegandi, l. relega-
 torum, §. 1. de interdicit. & relega. & sic de
 similibus, quae per appellationem cogno-
 scuntur.

k in l. 8. C. de appellat. etiam si videatur in-
 iusta executori, ca. pastoralis, l. 8. §. quia
 vero, de offi. deleg. potest & delegatus man-
 dare iudici ordinario exsequi suam senten-
 tiam, d. §. quia vero, c. de catero, de senten.
 & re iudic. vel ipse, si velit, potest eam exse-
 qui, ca. significasti, 7. de offic. delegat. ordi-
 narius tamen ex lege habet potestatem ex-
 sequendi sententias suas, ca. si quis contra,
 4. §. fin. de foro compet.

l l. 4. §. condemnatum, de re iud. P. nempe si
 notoria sit nullitas, alioquin si pendet ad-
 huc processus super nullitate, debet interim
 mandari executioni, & ita etiam in praxi
 seruatur, idque merito. Alioquin enim
 quilibet sententiam aduersum se latam nul-
 lam dicere posset, & malitius hominum est
 obuiandum, l. in fundo, de rei vendic. P
 ca. sedes, de rescript. atque semper, ut alibi
 saepius dictum, praesumitur pro sententia, &
 quando dubium est de his, quae non sunt
 & non apparent, idem dicitur esse iudicium,
 l. duo sunt, de testa. tut. P. Quando autem
 sententia nulla dicitur, questio nullitatis
 ad iudicem, qui protulit eam, efferenda est,
 cap. de catero, de re iudic.

CAPVT VII.

Ex quibus impediatur fiat que inua-
 lida sententia.

Sententia effectu priuatur pluribus mo-
 dis, & fit inefficax, veluti si contra non
 citatum & absentem pronuntietur, a ma-
 xime et si contra citatum extraterritorium,
 quo & casu nulla erit. **b** Si a non suo iudice
 seu ab incompetente pronuntietur, **c** si
 contra formam canonis, & ius constitutio-
 nis pronuntiata sit expresse, **d** si non fer-
 uato ordine feratur, **e** aut ab vno tantum
 ex duobus vel pluribus datis, **f** iudicibus,

nisi aliter in compromisso vel denegatione permittatur, ut si non omnes non possint, vel nolint iudicare, alii indicent. *g* Potest tamen vnus arbitratorum vel iudicum aliis presentibus & mandantibus, scriptam sententiam recitare, & perinde habetur, ac si ab omnibus esset recitata. Oportet autem ut is, qui recitat, non utatur verbis singularis numeri, sed plurali dicens, *Nos tales iudices pronuntiamus seu statuimus in hunc modum.* *h* Non valet etiam sententia contra rem iudicatam, a qua non fuerit appellatum, si modo ea fuerit iudici exhibita ante iudicium. Alioquin enim, si non fuerit proposita ea prior, res iudicata, vel saltem non sit probata, valebit secunda contraria. *k* Item si agatur de sententia matrimonii, contra quam alia pronuntiari possit, cum prior non transeat in rem iudicatam. *l* Nulla & dicitur sententia, quae lata est post elapsum tempus iudici ad iudicandum vel pronuntiandum praefixum. *m* Item, si contineat impossibile praecipuum, *n* si cum falso procuratore lata. Verum haec sustinebitur quousque falsitas fuerit detecta. *o* Item & nulla, quae incertam condemnationem continet, & quae non possit certificari relatione facta ad acta, vel ad libellum, vel alio modo. *p* Reuocatur & sententia, quae super rescripto per subreptionem impetrato interuenit. *q* Est & sententia aliquando iniusta ex animo proferentis. *r* Iusta autem ex ordine & causa, aliquando est iusta ex animo & causa, sed non ex ordine, aliquando iusta ex animo & ordine, sed non ex causa. *s* Cum autem ex causa iniusta fuerit, aliquando nullum in eo omnino, qui accusatur, delictum est, quod sit damnatione dignum, aliquando non est in eo illud, supra quod fertur sententia, sed ex alio notandus est. Ex animo est iniusta, cum aliquis seruata integritate ordinis, in adulterum, vel in aliquem criminofum non amore iustitiae, sed liuore odii, vel pretio, vel fauore aduersariorum inductus sententiam profert. Neque valebit etiam senten-

tia de alia re facta, quam datus seu delegatus fuerit iudex, nec si ad alias personas, quam comprehensas in mandato delegationis prorogata fuerit iurisdicatio, & quamquam possit terminus iudicandi praefixus a litigantibus, ante eius lapsum prorogari. *u* Ordinarii tamen iudicis laici iurisdicatio, cum prorogari possit ex litigantium laicorum consensu, & poterit & ad alias res extendi, & ad alias, quam suae iurisdictionis ordinarię personas. Porro diffinitiuam sententiam, quae absolutionem vel condemnationem non continet, pro nulla habetur. *aa* Redditur & inualida sententia, si sub conditione lata, illa resoluitur, *bb* vel si feratur, postquam quis se protectioni superioris subiecerit *cc*

S C H O L I A.

a cap. tenor, de re iud. *S*ibi interpretet, c. lator, eo. tit. ca. Ecclesia sancta Mariae, de constitut. neque debet proferri diffinitiuam partibus inauditis, ca. 1. de accusat. *S* peremptorium etiam requiritur contra absentem citationis edictum, l. ad peremptorium, de iudic. P. cum similib. *Matthaeus de Afflict. decis. 346. nu. 16. quinimo in summaris quoque cognitionibus, requiritur praecedens citatio, aliter sententia erit nulla, Clem. saepe, de verb. signific. Rom. consi. 255. quamquam a principe ita sine citatione lata fuerit sententia, cuius & eadem ratione nulla est, c. pastoralis, de senten. *S* re iudi. Felin. ad c. cum olim, num. 12. eo. tit. atque ideo *S* in curia Romana ad audiendam sententiam semper pars citatur, Rota decis. 242. in nouis. Verum alibi ex stylo recepti, ut plerumque citatus legitime ab initio, & ad procedendum generaliter, non debeat amplius specialiter vocari ad audiendam sententiam, ut notat Antonius Granata, in Canonisationibus, ad c. si. nu. 38. lib. 7. *O* Etiani Westrii introductionis in aula Romanae actiones post Marantam in praxi, 6. part. 1. memb. 10. *S* post *Matth. de Afflict. decis. 755.* sciendum est, quod in va-*

- invocatione, in antiq. Caterum arbitror A
ibi non requiri citationē in prolatione sen-
tentia, quando citati & vocati fuerint ab
initio litigantes & comparuerint, & pro-
cessum fuerit in causa & conclusum, &
statuerit iudex, ius se dicendum. Sic & so-
let fieri vocatū ab initio cum intimatione,
quod sine venerit vel non, proceditur ad
negotii diffinitionem: eoque stylo utuntur
omnes curia parlamentorū seu Senatum
Gallia, ut ait Massuerius in praxi. tit. 34.
de re iud. §. si. Probat id ipsum Cynus, ad l. si
quis ex cōsensu, de episcop. audien. l. quam-
uis, C. ad leg. Jul. de adult.
- b Clem. 2. de sent. & re iud.
- c c. at si clerici, de iud. c. ad nostram audien-
tiam, de consuet. §. si vero Ecclesiastico, ut
cler. apud proprios episc. conveniant. in no-
vel. c. accusatorem, 3. q. 8. c. 1. & can. Epi-
scopum, 9. q. 2. c. in clericorum, 11. q. 1.
- d cap. cum inter, c. cum causa, de senten. & re
iudic. l. 2. C. quando provoc. non est neces-
c. 1. de sent. & re iudicata. Similiter nec li-
cebit statuere valde contra consuetudi-
nem notoriam scriptā & approbatam, aut
contra ordinationem regiam publicatam,
l. de quibus, de legib. P. Felin. & Panorm.
ad c. 1. de sent. & re iud.
- e cap. ad probandam, de senten. & re iudic. l.
prolatam, de sent. & interloc. omn. iudi. C.
can. qui appellat, 41. §. item sententia ci-
tra solitam, 2. q. 6. At tamen si non appelle-
tur tenebit sententia, l. 1. C. de appell. Nulla
etiam in iure sententia dicitur, ratione or-
dinis a iure cōstituti nō servati, ut si iudex
dum debebat condemnare procuratorem,
condemnavit dominum litis, l. 1. C. de sent.
& interloc. omn. iud. Vide tamen, quando
dominus, quandoque procurator cōdemna-
ri debeat, in c. licet causa, de proba. ca. inter
dilectos, de fide instrum. c. querelam, de e-
lecti. l. nihil interest, de procurat. C. l. fin. de
inu. C. Et in hac questione tutius ager iu-
dex, si dominū & procuratorē condemnet:
in criminib. tamen condemnandus est do-
minus, non procurator. ad l. si. C. de in iur.
- f can. ei, qui appellat, 41. §. item si plures, 2. q.
6. l. 4. C. de sentent. & interloc. omn. iudic.
l. item si unus, §. item si plures, l. si in tres, l.
sicuti de recep. arbit. Pand. Nam omnes in
quos compromissum est, vel qui delegan-
tur simpliciter, debent iudicio interesse &
sententia, aliter autē, vel uno eorum mor-
tuo, vel absente, vel nolente iudicare, vel
incapace reddito, alii iudicare nequeunt,
ca. vno delegatorum, 42. de offi. delega. ca.
cum causa, 2. eod. tit.
- g dicit cap. vno delegatorum, cap. cum super
abbatia, 24. cap. prudentiam, 21. cum suis
§. de offi. deleg. can. Raynutius, in prin. de
testam. l. non distinguemus, §. cum in plu-
res, de recep. arbit.
- h c. cum ab vno arbitratorum, 4. de sentent. &
re iudic.
- i ca. ei qui appellat, 41. §. si item sit sententia
lata, 2. q. 6. l. post sententiam, de sent. & in-
terloc. omn. iudic. C. l. 2. quando provocar.
non est necesse.
- k cap. inter monasterium, 20. de sentent. &
re iud. quando videlicet is, qui pro se prio-
rem sententiam habebat, omisit ex certa
scientia & malitiose eius exceptionem pro-
ponere, ut vexaret aduersarium sumtibus,
vel quia illa sententia non satis fundata e-
rat, ut in dict. cap. inter monasterium, ar-
gumen. l. si decipienti, ad senatus. Vellicia-
num. non autem, si ex ignorantia omiserit
eam exceptionem rei iudicata, vel quia eo
tempore non poterat eam probare, quo ca-
su omisso tunc ei non praiudicabit, quo-
minus possit postea proponere omisam, can.
plerunque, 2. questio. 7. & sic notat glossa,
ad dictum canon. ei qui appellat, §. item
si sententia lata, ad verbum, iudiciales, 2.
quest. 6.
- l can. loci, 2. §. quia ergo, 25. quest. 9. cap. la-
tor, cap. consanguinei, de sentent. & re iu-
di. Id ipsum & verum puto, de aliis senten-
tiis, quae nō transferunt in rem iudicatam,
ut eas possit contraria sententia, potissimum
superior, corā quo res tractatur, emendare
male litas, d. c. inter monasterium, de sent.

- Et re iudic. Solet Et esse in praxi, ut si con-
 tendatur de aliqua re iudicata in inferiori
 tribunali, coram superiori iudice impet-
 rentur litera appellationis ab ea sententia,
 qua apponitur, cum clausula restitutionis
 in integrum contra desertionem appella-
 tionis, vel quod non fuerit intra diffinita
 tempora appellatum.
- m** cap. de causis, de officio delegat. l. cum non
 eo die, quando prouocare non est necess. l.
 fin. C. quomodo Et quando iudex. l. i. C. de
 arbitris.
- n** Non valet sententia, Et nulla remanet con-
 tinens preceptum impossibile, vel cui non
 potuit propter rerum naturam, l. penult.
 qua sentent. sine vlla appellat. rescin. l. im-
 possibile, de reg. iur. P.
- o** in c. in nostra, de procura. c. ex parte, de re-
 script. l. licet, C. de procurat. l. fin. C. si a non
 compet. iudic.
- p** c. peruenit, de fideiusso. l. i. Et seq. de sent.
 qua sine certa quantita. proferuntur. C. §.
 curare, de actio.
- q** c. sua nobis, de offic. vica. lib. 1. tit. 28. c. ad
 audientiam, de rescript. c. venia, 35. quest.
 9. nempe tanquam prolata a non suo iudi-
 ce, c. penult. 11. q. 1. l. fin. C. si a non compe-
 tent. iud.
- r** Qua sequuntur sumta sunt ex ca. Episco-
 pus presbyter, 45. §. 1. 11. qu. 1. docetur Et
 canonibus sequentibus, quomodo iudex
 delinquat iudicium exercendo, dum ira,
 premio, muneribus, Et gratia mouetur.
 Iniusta tamen sententia non impugnatur,
 si res ex iniusta sententia possessa sit per tri-
 ginta annos a morte iudicis computandos,
 can. si sacerdos, 16. questio. 3. At multo
 magis iniustum iudicium Et diffinitio ini-
 iusta, regio metu aut cuiuscunque Epi-
 scopi aut potentis a iudicibus ordinata Et
 Et facta non valet, cano. 89. iniustum iud.
- s** cap. cum olim, 32. de offic. deleg. ca. dilecta,
 22. §. dictum, de rescript. l. 1. l. si de proprie-
 tate, 3. C. si a non competen. iudic. Pro ea-
 dem causa tamen censetur, quod causa prin-
- cipalis accedit, Et ita qui ad principale ne-
 gotium datus cognoscit, poterit regulari-
 ter de accessorio, quoque cognoscere, cap.
 prudentiam, 21. §. sexta de offic. deleg.
- t** Inc. P. Et G. 40. de offic. delegat. etiam ex
 consensu partium, quia delegatus non ha-
 bet iurisdictionem, nisi iuxta mandatum,
 secundum cuius formam exsequi, nec fi-
 nes excedere debet, d. ca. prudentiam, 21.
 vers. illa quippe, de offic. delegat. l. diligen-
 ter, mand. P. neque priuatorum consensus
 ei vllam iurisdictionem dare potest, qui alio-
 quin non habet. l. priuatorum, C. de iurisdic-
 tionem. omn. iudic. Si tamen quissiam im-
 pedire vellet iurisdictionem delegati, quam-
 uis is mandato expresse non inseratur, ta-
 men potest in eum per consequentiam de-
 legationis statuere, cum sine eo non possit
 mandatum exsequi, c. 1. c. prater ea, ca. signi-
 ficasti, c. prudentiam, c. suspensionis, de offic.
 delegat. c. tam literis, de testib. mandata e-
 nim iurisdictione, censentur omnia man-
 data, sine quibus ea explicari vel exerceri
 nequit, l. fin. de offic. eius, cui manda. est iurisd.
 l. 2. de iurisd. omn. iud. P.
- v** cap. de causis, 4. de offic. delegat. facit lex
 diem proferre, de recept. arbitr. Pan. ita so-
 lemmitates, qua sunt introducta in fau-
 rem partiū, ab illis remitti possunt, ca. tuis,
 de testibus. l. 1. de feriis, P. non autem illa,
 qua sunt introducta propter reuerentiam
 dierum sacrorum, cap. fin. de feriis, ut ne-
 que ea, que fuerunt pro utilitate publica,
 Et pro substantia iudiciorum inducta, ca.
 accusatoribus, 3. que. 5. can. quorundam,
 23. distinct. l. nec si volens, l. fin. §. sed quia,
 C. de liber. causa, authent. decernimus, C.
 de arbitr. prorogatio tamen hac temporis
 debet fieri non tantum ex consensu litigan-
 tium, sed etiam consensu iudicis, qui non
 cogitur alioquin extra tempus delegatio-
 nis iudicare, l. 2. §. sed si iudex, de iudic. P.
 l. diem proferre, l. arbit. compromisso, de
 recept. arbit. P.
- x** Dicitur hoc permissum laicis, nam clerici
 per se non possunt in se prorogare iurisdic-
 tionem

tionem secularem, quantumcunque consentiant, neque alterius iudicis Ecclesiastici non sui, nisi de licentia proprii Episcopi, et si diligenti, et c. significasti, de foro compet. et abrogata est contraria. l. si quis in conscribendo, C. de episcop. et cler.

y Ita iudex de vnare cognoscens, potest de alia inter easdem partes cognoscere, si partes, et ipse iudex consentiant, et iurisdictio ordinaria, de re adre prorogatur, c. cum olim, 1. de offi. deleg. l. de quare, §. 1. de iud.

z Interdum hac prorogatio fit inuita persona alterius fori, quando in fraudem litis, ea in illum translata est ad mutandum forum. c. 1. de alien. iud. mut. c. fac. lib. 1. tit. 4. 2. fit et interdum sine fraude prorogatio ad alias personas iurisditionis, nempe ex consensu litigantium se supponentium aliena iurisditioni, l. 1. C. de iuris. omn. iud. Exigitur autem, ut ea prorogatio fiat ex certa scientia, nempe ut litigantes sciatur eum, quem ad eum non esse proprium iudicem, sed alienum, alioquin, si tanquam proprium adirent, error non prorogaret illius iurisditionem. l. 1. et 2. de iud. P. l. si per errorem, de iuris. omn. iud. P.

aa c. si. §. diffinitiva, 2. q. 6. l. 3. C. de sententiis et interlocut. omn. iudi. qua ideo diffinitiva dicitur, quod finem imponat negotio. l. qualem, de arbit. P. can. summopere, 1. 1. qu. 3. reliqua vero sententia interlocutoria dicuntur. Pro absoluteione vero et condemnatione habentur alia verba, qua absoluenti vel condemnandi vim habent, ut in c. in his, de verb. signif. l. quid tamen, de recept. arbit. Debet autem absoluteio vel condemnatio certa esse, alioquin non valeret ex alio capite, titulo, de sententiis, qua sine certa quantitate, proferuntur. ut in can. Apostolica, 4. in fin. 3. q. 9.

bb d. ca. Apostolica, 3. q. 9.

cc c. ad audientiam, 3. q. 4. de appellat.

CAPVT. VIII.

1 De aliis remediis contra sententias, appellatione.

2 Restitutione.

3 Retractatione, supplicatione.

A 4 De tempore et causis proponendi predicta remedia.

Sunt autem sententia quaedam, et quae a superiori per remedium ordinariae appellationis emendantur, et ut proximo dicemus Deo iuuante titulo. Sunt aliae quae illud non admittunt, et a quibus appellari nequit, contra quas alia remedia sunt introducta.

B Veluti restitutio in integrum, et quod perfonis quibusdam datur, b quae se valde laesas ex sententia lata dicunt, c etiam contra sententiam Papae. d

Est et aliud remedium retractatio et sententia, ex eo capite data, vel quod in ea defuerint probationes, vel quod instrumenta non fuerint producta, vel quod per errorem facti iudicatum sit. e Ut et contra matrimonium sententia ex falsa causa, vel errore lata retractatur. f

C Semel autem et contra sententiam supplicare licet, g et iure intra biennium, h et pro graui causa, non pro modica. i Beneficio in integrum etiam denegato in alio iudicio, iterum eidem denegandum videtur, praeterquam ad appellationem omnifam, et nisi nouis defensionibus ad huiusmodi beneficium sit admittenda. k Admittitur enim Ecclesia ad impetrandam retractationem sententiae, vel contractus, intra quadriennium ad beneficium restitutionis, non postea, nisi praeruaricationis vel fraudis manifestae probetur super hoc interuenisse conuentum. m

D Pendente vero restitutionis causa indecisa, nihil inno-uandum, et sententia, contra quam petitur restitutio, non mandatur executioni, nisi forte per malitiam et damnum aduersarii videatur proposita restitutio, ut differatur executio, quo casu equitate perpensa statuitur, ut executio fiat data idonea cautione, ut si actor in restitutionis causa praualuerit, vniuersa, quae medio tempore sententiae ipsius occasione percepta erunt, actori restituantur, n sic et sententia pendente supplicatione exsequenda data cautione, de omnibus receptis restituen-

Nnnnn

dis, si iudicatum retractetur, o in quo pvt in A
aliis supplicatio differt ab appellatione. b

S C H O L I A.

a Appellatio est presidium innocentie nō iniquitatis, ad emendandas iniquas iudicum sententias maxime inuentum, ca. cum speciale, 61. §. fin. de appella. l. 1. eo. tit. P. alioquin, si non appelletur standum est rebus iudicatis. l. 1. C. de his, qui per metum iudic. non appella. c. quod ad consultationem, B
de sent. & re iudi.

b Vt in c. 2. & 3. de in integr. restit. lib. 1. tit. 41. in causa ecclesia condemnata propter negligentiam procuratoris, qui iura Ecclesia non produxit. Item in causa matrimonii favorabili, capit. ex literis, 4. eod. tit. ca. 2. §. 2. 5. quest. 9. Extraordinarium, hoc est remedium, quod non datur, quando competere potest cōmune & ordinarium, c. aram felicitis, 7. de restit. in integ. Est autem restitutio in integrum repositio in pristinum statum, in quo quis erat ante sententiam. c. fi. 2. q. 3. l. 1. C. de sententiā passis, l. vnic. C. de reputatio. sic Respublica in integrum restitutionem postulat. l. vni. C. de officio eius, qui vices alterius iudi. obtinet, l. Rempublicam, C. de iure rei publicae, lib. 11. ratio in l. Respublica, C. ex quib. causis maior. vide not. ad c. 1. de restit. in integ. in Sexto, minor quoque 25. annis laesus. l. minoribus, 8. de in integr. restit. minor. C. c. constitutus, de in integr. restit.

c Datur & alias in integrum restitutio legis seu circumscriptis, aut metu, aut absentia, aut calliditate aduersarii, aut atate. l. 1. & 2. de in integr. restit. Pan. & tit. de restitutio. milium, libr. 2. C. tit. 5. & sequen. §. 2. Ea que conceditur causa cognita, leg. 3. de restit. in integ. dumq. agnatur illius questio, omnia in suo statu sine inuouatione remanent, l. vnic. C. in integr. restit. postula. ne quid noui fiat. Licet autem restitutionem in integrum petere coram iudice, a quo appellari non potest, quod tamen non est receptum in appellationis tractatione. Et ratio diuersa, quia appellatio ini-

quitatis sententia querelam, in integrum restitutio erroris proprii venia petitionem, vel aduersarii circumuentionis allegationem, cōtinet, l. prefecti pratorio, 17. de minor. 25. annorum. vide totum titulum. C. si aduersus rem iudica. & datur tantum restitutio pro magna lesione, non pro modica, c. penul. de reb. eccles. non alien. l. scio. de restitutio. in integ. ca. tum ex literis, eod. Enormis vel magna lesio consideratur a iudice, habitaratione, & rei & persona seu Ecclesia laesa, & si sint exiguarum facultatum, vide Clem. 1. de restit. in integ.

d c. tum ex literis, 5. de restit. in integ.
e De quibus omnibus, in l. si quis aduersus, & auth. que supplicatio, de precib. Imperator. offer. C. l. 1. de sent. prefect. prator. C. Olim siebat reus pro processu, loco eius supplicationis, ut ait Guido Papeus, conf. 39. incip. litera. Petiturq. per supplicationem retractatio ob errorem facti, nō iuris, quia in iure non presumitur errasse iudex, magistratus aut princeps, qui omnia iura censetur habere in scrinio sui pectoris, ca. 1. de consti. in Sex. l. omnium. C. de testa. inu. etiam facere potuit senatus, cōtra cuius placitum supplicatur, l. non ambigitur, de legi. P.

f Vt in can. 2. §. quia ergo, 35. q. 9. can. cum per bellicam, 34. q. 1.

g l. si quis, de precib. impera. offer. l. fin. de collusione detegēda. nisi dicatur quoque maximum errorem interuenisse in supplicatione, Guido Pape, decis. 345. incip. a sententia, & d. consti. 139.

h c. 2. de restit. in integ. in Sexto. & d. auth. que supplicatio, & l. vni. c. de senten. prefectorū pratorio. Aliquando in Gallia olim vsque ad 30. annos recipiebatur, ut notatur in tit. de conclusione Ecclesie Gallicane, ad verbum, parlamentum, in pragm. sanctio. Guiliel. Benedicti in repetit. c. Raynuntius, ad verbum mortuo, 1. nu. 273. de testam. Hodie tamen ex constitutionibus Regis est tantum datus annus, qua etiam statuunt supplicantem non probantem errorem propositum, damnandum in expensis & multa, 120. librarum Parisensium. Quem-

- Quemadmodum & apud Hispanos, mul-
tatur ex lege ad mille quingentas duplas,
ne quis temere audeat supremarū curia-
rum arresta impugnare, & ne ea ludibrio
sint, iuxta l. si prator, de iudi. P.
- i cap. fin. de in integr. restit. libr. 1. tit. 4. l. 1.
2. 3. si sepius in integrum restitutio postu-
letur.
- k cap. 1. & 2. de in integr. restit. l. 1. Se-
xti, tit. 2. 1. clem. 1. eo. tit. Hoc & tem-
pus datur minori ad eādem restitutionem
postulandam & finiendam, quando factus
est maior. Clem. ab Ecclesia, de restitu. in
integr. libr. 1. tit. 1. l. petenda, & l. fin. de
tempor. in integr. restit. l. Papinianus
exuli, de minor. 25. ann. nisi forsan per iu-
dicem, aut reum steterit, quominus intra
tempus predictum fuerit decisa causa, d. l.
petenda, & sic intelligi debere. c. tum ex li-
teris, de in integr. restit. c. ad nostram, de re-
bus Ecclesie non alien. glossa notat, ad c. 1.
de in integr. restit. in Sexto, ad verbum,
quadriennium, siquidem hic nulla mora,
aut negligentia culposa est, cum per peten-
tem non stet. Olim etsiam dabatur tantum
ad petendam restitutionē in integrum an-
nus utilis, sed postea datū quadriennium
iure, l. si. C. de temp. in integr. restit.
- l dict. cap. 1. in fine. de in integr. restit. in
Sexto, c. dilectus filius, de prabend. c. non so-
lum, de reg. iur. in Sex. non enim debet ad-
uersarius ex dolo suo quippiam lucrari, l.
ne ex dolo, de dolo.
- m Qua omnia probantur, in ca. suscitata, 6.
de in integr. restitutio.
- n Authen. que supplicatio, de precib. imper.
offeren. Panor. ad d. c. suscitata, Cardin. ad
Clem. vnic. de causa possessio. & propriet.
q. 10. gloss. ad cap. ex literis, de in integr.
restit. Matth. de Afflic. decis. Neap. 341.
incip. lata est sententia.
- o Nam appellatio suspendit iudicatum, l. 1.
in si. ad senatus cons. Turpill. ca. veniens, de
iure iur. & per consequens, ut plerunque
executione eius, quia nihil nouari debet
appellatione pendente. rubr. nihil nouari
appell. pend. c. an sit, de appell. l. appellatio-
- A ne, C. eo. tit. supplicatio contra nō suspendit,
vt dictū ex c. suscitata nihil nouari appel-
penden.
- p Quas refert Rebuffus tractatu, de suppli-
cationib. nu. 84. & seq. tom. 1. Commenta-
riorū in constitutiones regis, quarū prior
hec erit, quod appellatio iuri communi in-
nititur. tit. de appell. & l. 1. eod. P. suppli-
catio ex gratia indulgetur. dict. auhent. que
supplicatio. Secūda, quod appellatio debet
fieri intra 10. dies. ca. concertationi, de ap-
pell. in Sext. Auth. hodie, eod. tit. C. suppli-
catio potest fieri intra biennium de iure,
can. anteriorum, 2. q. 6. d. auth. que suppli-
catio. Tertia, de appellatione alius iudex,
quam qui grauauit cognoscit, c. 2. de con-
suetud. in Sex. de supplicatione vero, iidem
iudices, d. auth. que supplicatio. Quarta,
appellatur bis a diffinitua, tit. ne liceat ter-
tio appellare. C. at supplicatur tantū semel,
l. si quis, C. de precib. Imper. offer. Quinta,
appellans conqueritur, de iniquitate sen-
tentia, & iudicium, l. apertissimi, C. de iu-
dic. l. 1. de appell. P. Supplicans tantum, de
errore, l. perfecti, de minorib. Sexta, in cri-
minalibus licet appellare, l. non tantum, de
appella. P. non autem supplicare, sed impe-
tratur venia vel indulgentia, l. rescripta,
C. de precib. Impera. offeren. C. can. rescri-
pta, 25. qu. 2. Septima, a quibus appellare
non licet, iisdem tamen supplicare licet.
Octaua, solus princeps admittit supplica-
tionem, non minor iudex, l. 2. & 3. C. sen-
tentiam rescindi non posse, superior vero
alius proximus iudex appellatur. Caterū
extra constitutas ex iure scripto differen-
tias, statuta in causa appellationis locum
habebunt, in causa supplicationis, per te-
xtum, in l. fin. §. penultim. de temporibus
appellat. C. & ibidem Angelus, & Salyci-
tus, atque glossa ad l. 1. de sent. prator. C.
- q l. scio, de in integrum restit. P. quia fa-
ciendum id non est, in quod plus expendi-
tur quam lucrari possumus, l. mediterranea,
de annoniis & tributis, libr. 10. C. Fe-
linus ad cap. nonnulli, de rescript. Magna
autem, qua sit vel modica causa, relinquitur.

tur arbitrio principis, qui admittit supplicationem, argument. capit. statutum, §. in super, de rescript. in Sext.

DE APPELLATIONIBVS.

a TITVLVS XV.

a *Exstat titulus de appellationibus, recusationibus, & relationibus, libr. 2. Decretalium, tit. 18. & lib. 2. Sexti, tit. 15. libr. 2. Clementinarum, tit. 12. & lib. 49. P. tit. sunt, 1. de appellationibus & relationibus, 2. a quibus appellari nō licet 3. quis & a quo appelletur. 4. quando appellandum sit, & intra qua tempora 5. de appellationibus recipiendis, vel non 6. de libellis dimissoriis, qui Apostoli dicuntur, 7. nihil nouari appellatione interposita. 8. qua sententia sine appellatione rescindantur. 9. an per alium causa appellationis reddi possint 10. si tutor vel curator, vel alius appellauerit 11. eum qui appellauit, in provincia defendi. 12. apud eum, a quo appellatur aliam causam agere compellendum. 13. si pendente appellatione mors interuenerit. Et libr. 7. C. sunt tituli. 62. de appellationibus & consultationibus. 63. de temporibus & reparacionibus appellationum, seu consultationum. 64. quando prouocare non est necesse. 65. quorum appellationes non recipiatur. 66. si pendente appellatione mors interuenerit. 67. de his, qui propter metum iudic. non appellauerunt. 68. si unus ex plurib. appellauerit. 69. si de momentanea possessione fuerit appellatum, 70. ne liceat in una eademque causa tertio prouocare, vel post duas sententias iudicium, quas definitio praefectorū roborauerit, eas retractare. In nouellis Iustiniani, nouel. 23. de appellationibus, & intra qua tempora debeat appellari. 49. de his, qui ingrediuntur ad appellationem, & c. nouel. 20. de administrantibus officia in sacris appellationibus.*

CAPVT. I.

1. Cōtinuatio. 2. Quid appellatio. 3. Diuisio.

Q Via iudicatū plenū non potest fortiri effectum, si appellatū ab eo sit ad superiorem, cuius ope sententia dicta, rescissa sit vel rescindi speretur, a quia etiā sententia contra ius litigatoris lata, si ab ea appellatum non sit, tenet, licet non teneat, si feratur contra ius constitutionis, bideo de appellatione dicamus.

Appellatio itaq; , † quæ & prouocatio, dicitur hic inuocatio auxilii superioris ad emendanda facta iudicis & vel alterius. d

A Appellatiōnū † aliaē sunt extraiudiciales, aliaē iudiciales. e Extraiudiciales sunt de his, quæ nondū in iudicium deducta sunt, vt dum appellatur ab electiōne, spoliatiōne, & similib. f Estq; hæc proprie prouocatio ad causam, & habet vim conuentionis seu uocationis in ius, & proinde hæc prouocatio seu appellatio fit ad iudicem ordinarium, coram quo citādus vel uocandus esset pro lite aduersarius, dum est litigandum uia ordinaria. g Iudicialis est de his, quæ in iudicium ueniunt, vel ante litis cōtestationē, b vel post. Harum rursum quædam sunt rationales, quædam friuolæ, uanæ, & inanes, & leues. k

SCHOLIA.

a *c. si quis episcopus, in fin. & seq. 6. q. 4. & in prin. 35. q. 9. sententia post appellationem non debet executioni tradi. c. uenientes, de iure iur. tum propter superioris auctoritatē, tum etiā, quia nihil est post appellationem innouandum, c. dilectis, de appell. in. nihil nouari appellat. pendenti. tum quod iudicium extinguitur in spectro praesente statu. l. 1. in si. ad Senatusconsult. Turpill. P.*

b *c. cum inter uos, de sent. & re iud. ca. c. qui, §. diffinitura, vers. nem si sententia, 2. q. 6. l. 2. C. quando prouoc. non est necess. l. 1. §. 1. qua sent. sine appellatione rescin. P.*

c *Nos hæc finitiōne tradidimus ommissis aliis, lib. 50. Syntag. c. 2. cōtinet prouocatio iniqua sententia querelā, l. praefecti, de minorib. 25. an. sic in cā. 1. 2. q. 6. licet appellati uitiatā causam remedio appellationis subleuare, maiores iudices contra minorū iudicium subditorum sententias inuocantur. c. anteriorū, 2. q. 6. l. 1. §. si quis in appellatione, de appell. Caterum, qui prouocat, ea mente id agit, ut arbuetur futurū emendandam sententiam, de qua conuenitur quamuis plerunq; in euentu & effectu superior in peius sententiam inferioris reformet, l. 1. de appell. Pand. sic habitatio intentionis, vel eius quod fieri debet, non eius quod saepe aliter quā oportet fit, dicitur emendatio sententia inferioris fidei per appellationem, arg. l. pen. de insti. & iur. superior*